



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

14. Tres principes corporis partes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 14.

Tres principes corporis partes penes medicos, Caput,
Cor, Jecur.

N. Quantum ad corpus, homo non est imago Dei, nisi forte late sumatur; sed habet similitudinem vestigij, sicut alia creaturae: neque etiam secundum corpus praecellit omnibus alijs creaturis; quamvis dici possit saltem corpus majorem similitudinem esse juxta quod Ovid. canit 1. Metam.

Pronaque cum spectent animalia caetera terram,

Os homini sublime dedit, caelumque videre

Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus &c.

Hac enim figura, est quaedam mentis in homine imago, quae etiam hominem monet quod caelo natus sit; & ab hoc si aberraret, satius non homo fuisset. Hic ergo merito omni homini est stimulus ad vitam Sanctam & puram, dum secum; cur animam rationalem & immortalem acceperit, cur recta sit statura & caelum sufficiat, non autem pronae & prostratae, & ut, pecora in terram, cogitat.

E Minet arrectum cerebri, caput, inclyta sedes;
Ceum caput est Triadis principiumque Pater.

Cor vitae fons est, vitae tibi Fons & Origo

(a) In medio est oriens, in medio moriens.

Et jecur ardescens Divinum signat Amorem:

En tribus est membris Sancta notata Trias.

(a) Operatus est saltem in medio terra. psal. 73. Hinc S. Aug. toto vobis figatur in corde, qui pro vobis fixus est in Caelo. lib. de S. Virg. cap. 55.

Item in medio pecudum nascitur, in medio larronum denascitur. Vide pag. 77.

SYM-